

451  
[Obedientia Potentissimi Emanuelis Lusitaniæ  
Regis ꝛc. per clarissimum Iuris. V. cōsultum Die-  
ghum Pacettum Oratorem ad Iulium. II. Ponti-  
Max. Anno Dñi. M. D. V. Pridie No. Iunii.]



**P**Ericlem Atheniensem Oratorem illū  
celeberrimum: in cuius labris posuisse  
sedem Pitho memoratur: Beatissime  
Pr. in quotanta eloquendi facultas/ tā  
ta mouendis affectibus: uis fuit: ut nō loqui / aut  
orare / sed ueteris comediæ testimonio / coruscare &  
fulgura ciere crederetur: non solum timide ad di-  
cendum processisse: sed quoties in publicum prodi-  
ret / semper se nouis uotis obligasse proditū est Sol-  
licitū uidelicet quo circūstantium fauore esset per-  
oraturus. Quod si summus ille Orator: qui oratio-  
nis fulgore mentes hominū penetrabat omniūq;  
animis imperabat: de sui sermōis euentu tantū ue-  
rebatur: Quid me facere oporteat? Quippe qui om-  
nis oratoriæ facultatis expers / utpote homo pere-  
grinus / in quo ne uestigium quidem Romanæ fa-  
cundiæ appareat: & quod me magis mouet / apud  
diuinam tuam maiestatem in seraphico throno sedē-  
tem / apud sacratissimum hunc Senatū / apud uiros  
summa autoritate / summa eruditione præcellētes:  
de re etiā summa dicturus pcessi. Verum pericles  
suam gentilitatē secutus / nostræ ignarus religiōis  
suis diis uota faciebat. Ego uero Pont. Maxime.

cui deo/cui numini potius uota persoluam/q̄ tibi?  
tibi inquam cœlestis aulae ianitor:tibi æternæ ui-  
tæ clauigero : tibi indubitato Petri successori/ac ue-  
rissimo Christi Vicario: tibi gregis tui pastori uigi-  
lantissimo:tibi orthodoxæ fidei & catholicæ religi-  
onis acerrimo defensori.

Magnanime Antistes/lux o clarissima mundi:  
Cui pater omnipotens summi regnator olympi  
Non dedit esse parem quemquam uirtute secunde  
Adsis o felix Iuli/semperq; secundus  
Tuo igitur adflatus numine sanctissime P̄ tua in-  
spiratus deitate audiētior factus pulso iā timore se-  
renissimi Regis nostri:filii tui deuotissimi Emanu-  
elis mādata de diuina tua uocatōne/de īmenso ei⁹  
ob tuū pōtificatū gaudio ac letitia: de sua erga te fi-  
de obsequio & obseruantia paucis explicabo: ut si-  
min⁹ elegātix laudē/saltē breuitatis grām meruis-  
se uidear. Venimus itaq; Btissime p̄ exultātes tuæ  
Sc̄titati obsequiū/obedientiāq; de more prestatuti  
Venim⁹ ab extremis usq; Lusitaniæ finibus: salu-  
tatū te xp̄ianorū oīm Pont. maximū. Venim⁹ san-  
ctissimos pedes tuos osculatū: ac Iuliū sidus/nō gē-  
tile ficticiūq; illud: sed uerū/sed augustū/ sed felix/  
sed secundū/præsensq; christicolis numen adoratū  
Venim⁹ tuæ beatitudini gratulatū Pont. maxime  
Verū ita ut apud deum decet/ sentiendo copiosius  
q̄ loquēdo: quum sacratissimus hic locus horrore:  
tranquillo & pauore uenerabili uix eundē animū

2

præstet & uultum. Sed cuius nomine uenim⁹. Nō  
dicā totius Lusitaniæ: nō dicā Serenissimi regis no  
stri/ac deuotissimi filii tui: Nō dicā prudentissimi  
iustissimi modestissimi/atq; inter primarios religio  
nis xp̄iane & nr̄a ætate potentissimi principis: sed  
(qđ nomē sat est) Emanuelis. Quid aut̄ quantūq;  
portēdat Emanuel: Tu ipse nosti optime. P. beatif  
sime qui uniuerso xp̄ianorum cœtui/ cūctis ortho  
doxæ fidei cultoribus: & in primis ipsi Emanueli/  
Emanuelē te præstas. De⁹ em̄ nr̄ es/ & assidue sem  
perq; nobiscū uersaris. Qđ diuinitus de te uaticina  
tū est. A ioue principiū musæ/ Iouis oīa plena. Qđ  
si fortasse quispiā inreligiosus addubitet: nōne id  
aperte tua insignia ostendūt? Quercū ioui optimo  
maximo/prudētissima cōsecrauit ātiquitas: q; hæc  
arbor alimēta hominib⁹ præbuerit/ ut qui solis glā  
dibus uescerētur. Nos aut̄ populus tuus: Nos grex  
tuus: Nos xp̄iani filii tui sub tuæ quercus umbra  
tegimur/fouemur/ac securi recumbimus: Nos alio  
quin famelici tuis glandibus saturamur/ tā diuina  
Ambrosia/ tuo præciosissimo nectare nutrimur/ ali  
murq; tuo fruimur numine/ tuo nutu/auraq; uiui  
mus. Quantum autem anima ipsa corpore est præ  
stantior: tantum diuina hæc tua & christicola quer  
cus dialem illam gentilitiam excellit. Redit iam  
Te Pont. maximo aurea ætas/ immo gemmea/ im  
mo Seraphica/ & si quid præciosius esse potest  
Romanum imperium nam te moderante Secūde

Iulia fert quercus nectar & Ambrosiam  
Sed deficio iam Beatissime pater uel sola tuæ diuini-  
tatis cōtemplatione/nec te ulterius prosequi ua-  
leo:quoties enim a me tuarum laudum cumulus  
cogitatur:uincor magnitudine:& redigor ad silen-  
tium non ingratus uirtutibus:sed oppressus.  
At rursus me reuocat Emanuel. Ille inquam tuus  
Emanuel/ Ille Sanctitati tuæ addictissimus filius:  
Ille diuini cultus obseruātissimus+ nos ad tuā bea-  
titudinem destinauit:ut se suaq; omnia tibi manci-  
paremus/ dicaremusk; neq; illa quidem uulgaria  
& adsueta Pr̄ Sanctissime:Sed noua/& nunq̄ ante  
hac/nec ab alio/nec alteri prestita tuæ tradim⁹ ma-  
iestati. Nam ut cæteros Lusitanie Reges cum suis  
gestis omittā:ut Lusitaniam ab ipsis de manu infi-  
delium non sine sanguine recuperatam & ad uerū  
dei cultū fidemq; reductam: ut pacato regno mox  
arma ad Aphricā trāslata/ atq; inibi captas plures  
ciuitates/ quarum expugnatione reddita est tandē  
uniuersæ hispaniæ securitas:itercluso Aphricanorū  
traiectu: ut cōtinuata deinceps bella/atq; ab Ema-  
nuele nro auctas copias & præsidia p̄termittā: ut  
etiam dei cultum: Nā quæ templa/ quæ delubra/  
quæ oracula ille tu⁹ Emanuel operosissime extrux-  
it sumptuosissime exornauit: religiosissime cōsecre-  
auit: Quib⁹ passim occurrere licet:ut plurimorū in-  
fidelium sanctū baptisma & contumacium extermi-  
nationem:ut deniq; reliquas eius uirtutes/ quibus

3  
domi/forisq; præfulget/ silentio præteream. Quid  
q; Emanuelis sagaci industria/ largissimo impen-  
dio/ cura propensiore/ uentis maria omnia uecti p  
uarios casus/ per tot discrimina rerum/ in Indiam  
usq; penetrauimus/ multis laboribus/ multis peri-  
culis extant latis. Nec Indiam modo/Aethiopiãq;  
sed Arabici quoq; ac Persicifinus maritimas oras/  
rubriq; maris littora abrasimus: & uniuersum fere  
orbem circumiuiimus. Quo effectum est: ut plerisq;  
tam naualibus q̄ terrestribus proeliis/ non tamen  
sine nostro sanguine confectis/ plura oppida/ plu-  
res ciuitates/ plures nationes/ plures reges a nostris  
ultro pacem exorauerint/ datis legibus parituri.  
Quod re ipsa fidem accepit: nam munitissimas ar-  
ces in maumeticæ sectæ pernitiem: & Christiane fi-  
dei triumphum a nostris exstrui passi sunt/ tributa  
etiã censumq; quotãnis pendentes. Plurimi quoq;  
ad Christi fidem conuersi: nec priuati solum homi-  
nes: sed integri etiam cum Regibus populi in no-  
stram religionem adsciti sunt. Vt late iam sanctis-  
simæ crucis signa prospiciantur: Emanuelisq; uexil-  
lis cruce etiam insignitis ubiq; occurratur. Quinim-  
mo & per uniuersa littora a nostris editæ cruces  
Christum redemptorem prænuntiant. Adeo ut ne  
ipsi quidem infideles/ nisi uexillis crucis quæ a no-  
stris accipiunt/ prætensis audeant illa littora perna-  
uigare. Ommitto/ quanta nos alacritate quidam  
Indiæ christiani exceperint: quos diuturna sarrace

norum suppeditatione oppressos & longa iam de-  
speratione a Christi fide pene excidentes nostrorum  
confirmavit interuentus: qui etiam in communis  
adorationis & fidei testimonium Regi Emanueli  
Crucem dono miserunt: quam nos tibi adferimus  
Beatissime Pater. Prætereo nobilissima atque celebra-  
tissima emporia: Zofolam plurimi auri feracem  
quæ Aethiopiã ab Asia descriminat: Quiloen insu-  
lam longe ditissimã: ac sinus Arabici regnũ melin-  
de. Trãseo Canenor: Coxi: Corilan/ in India: Quo-  
rum reges & satrapes partim nobis fœdere iuncti/  
partim tributarii effecti/ partim diciõni etiã fideiq;  
nostræ addicti sunt. Quid quæ Mecã ipsam & perfidi  
Maumeti sepulchrũ iam subimus: Visimus & di-  
uum Thomam apostolum. Vt sperare christianis  
liceat breui futuræ ut ois maumetica perfidia here-  
sisq; aboleatur. Sanctissimumq; christi sepulchrũ/  
quod nos æterna captiuitate liberauit: prohdolor  
tanto tẽpore a canibus conculcatum: atque pessunda-  
tum: longo uelut postliminio (Iulium modo sidus  
adfulserit) in pristinam redeat libertatem atque ita  
Christi fides in uniuersum orbem propagetur. Qd  
ipsum Ioannes apostolus prædixit/ fore ut destrua-  
tur repente saracenica Babilon. Et quo facilius id  
fieri possit: potentissimo Christicolarum domino  
præstẽ (quem uulgus præbyteræ Ioannem indi-  
genæ Abassi uocant) iam enitimur/ speramusq; cõ-  
iungi/ missis eo legatis: & oblato facillimo aditu. In

7  
uenimus & pleraque alia non minus admiranda: Que  
singula non modo referre/ sed ne animo quidem  
concipere fas esset. Quæ omnia Beatissime Pater  
tuus Emanuel uigilantissime simul ac sapientissi-  
me uestigauit/ non laudis aut gloriæ ambitione/ non  
fædo auaritiæ crimine illectus/ Sed flagrantissi-  
mo nostræ religionis augendæ feruore ut Christi fi-  
dem/ ac uerum dei cultum ampliaret. Sed iam re-  
ceptui canamus. Video enim iam dudum hoc  
Sanctissimam tuam maiestatem & amplissimum  
hunc Senatam adfectare.

Accipe igitur Beatissime Pater Imprimis Emanue-  
lem tuum: Accipe Lusitaniam tuam: neque Lusita-  
niam dumtaxat/ sed Aphriæ quoque magnam par-  
tem Accipe Aetiopiã/ atque immensam Indiæ uasti-  
tatem: Accipe Oceanum ipsum/ licet indignantem/  
nostro tamen remigio laceffitum/ confractumque:  
Accipe tot illos sinus/ tot promontoria/ tot littora tot  
Portus/ tot Insulas/ tot Oppida/ tot Vrbes/ tot Re-  
ges/ tot numerosissimas nationes uno ueluti pugil-  
lo inclusas/ ne rumoribus quidem nobis antea co-  
gnitas: Accipe orientalem obedientiam tuis maio-  
ribus incognitam/ tibi reseruatam/ amplissimam  
quidem iam nunc/ Sed indies deo auspice amplio-  
rem adfuturam: Accipe tandem orbem ipsum ter-  
rarum. Quid orbem dixi? Immo terras alias/ aliud  
mare/ alios orbem/ alia sidera. Vt fatidice illud de te  
uerius exierit.

Iulius hic/hic est/diuum genus/aurea condet sæcu-  
la qui rursus latio regnata per arua Saturno quō-  
dam super & garamātas & Indos pferet Impium.  
Hæc omnia tibi iam adfecta Beatissime. P. simul  
secum dicat tuus Emanuel sincera fide/singulari  
integritate/totaq; mente:hæc nos eius nomine de-  
legati tuæ tradimus Beatitudini:cuius ut ueri Iesu  
christi Vicarii/diuinos ac sanctissimos pedes oscu-  
lamur/colimus/ueneranmur/Deum optimum/ma-  
ximum/præcantes/ut te secundum felicemq; per-  
petuo tueatur.

**DIXI.**